

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLIS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0858

Sabato 02.12.2017

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale all'inaugurazione della Cupola dedicata alla Santissima Trinità, nella Basilica dell'Immacolata Concezione a Washington (8 dicembre 2017)
- ◆ Rinunce e nomine

-
- ◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale all'inaugurazione della Cupola dedicata alla Santissima Trinità, nella Basilica dell'Immacolata Concezione a Washington (8 dicembre 2017)

In data 7 ottobre il Santo Padre Francesco ha nominato l'Em.mo Card. Kevin Joseph Farrell, Prefetto del Dicastero per i Laici, la Famiglia e la Vita, Suo Inviato Speciale all'inaugurazione della Cupola dedicata alla Santissima Trinità, nella Basilica dell'Immacolata Concezione a Washington, Santuario Nazionale degli Stati Uniti d'America, in programma l'8 dicembre 2017.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Vito Buonanno, Direttore dei Pellegrinaggi della Basilica del Santuario Nazionale dell'Immacolata Concezione in Washington D.C.;

- Rev.do Mons. Charles Antonicelli, Vicario Episcopale per gli Affari Canonico-Giuridici dell'Arcidiocesi di Washington.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre Francesco all'Em.mo Card. Kevin Joseph Farrell:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro
COËMGENO IOSEPHO S.R.E. Cardinali FARRELL
Dicasterii pro Laicis, Familia et Vita Praefecto

Cum animi Nostri gaudio nuper accepimus proximo die VIII mensis Decembris Washingtoniae aedificationem praeclarae Basilicae Immaculatae Conceptionis BMV sollemni modo ad finem adductum iri. Illo enim die cum magno opere musivo inaugurabitur tholus Sanctissimae Trinitati dicatus, cuius partem Nosmet Ipsi in visitatione Nostra die XXIII mensis Septembris anno MMXV benediximus. Hoc modo sacri Praesules, presbyteri et christifideles laici Foederatarum Civitatum Americae Septentrionalis gratias omnipotenti Deo agere volunt ob aedificationem Sanctuarii Nationalis, quam catholici Episcopi harum Civitatum anno MCMXX incepterunt, nec non ob tanta beneficia quae superiores per annos toti inibi christianae communitati Ipse largiri est dignatus.

Cum quidem de eventu magni momenti agatur, Venerabilis Frater Noster Donaldus Vilelmus S.R.E. Cardinalis Wuerl, Archiepiscopus Metropolitana Washingtonensis, humanissime Nos rogavit ut aliquem eminentem Virum mitteremus, qui Nostras vices in memorata celebratione gereret Nostramque erga gregem ipsi concreditum et omnes qui in Sanctuarium peregrinantur dilectionem manifestaret. Ad Te autem, Venerabilis Frater Noster, qui aliquando ad clerum Washingtonensem pertinuisti, episcopalem ordinationem in hoc Sanctuario accepisti atque munus Auxiliaris Washingtonensis diligenter exercuisti, mentem Nostram vertimus Teque hisce Litteris MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus ad dictam celebrationem, quae in proxima Sollemnitate Conceptionis Immaculatae Beatae Mariae Virginis, caelestis videlicet Patronae Foederatarum Civitatum Americae Septentrionalis, perficietur.

Sollemni ergo praesidebis Eucharistiae atque Pastorem gregis Washingtonensis aliosque sacros Praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque, publicas auctoritates atque universos christifideles Nostro salutabis nomine. Omnes adstantes sermone tuo ad gratias pro omnibus beneficiis a Deo misericorditer acceptis agendas adhortaberis nec non ad diligentem eius praeceptorum observationem, potissimum quod pertinet ad vitae humanae dignitatisque personae propagationem et defensionem. Optamus denique ut cuncti, Redemptoris Matrem inspicientes, “quae toti electorum communitati tamquam exemplar virtutum praefulget” (*Lumen gentium*, 65), novis viribus novoque caritatis studio peculiarem dilectionem erga Christi Ecclesiam et Evangelium nostra etiam aetate demonstrent atque spirituali assiduitate emineant.

Nos autem Te, Venerabilis Frater Noster, in tua missione implenda precibus comitabimur. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam libentes Tibi impertimur, signum Nostrae erga Te benevolentiae et caelestium donorum pignus, quam omnibus celebrationis participibus rite transmittes; a cunctis vicissim preces exoptulamus, ut pergrave Petrinum munus diligenter adimpleamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XIV mensis Novembris, anno MMXVII, Pontificatus Nostri quinto.

FRANCISCUS

[01839-LA.01] [Testo originale: Latino]

◆ **Rinunce e nomine**

Rinuncia del Vescovo di Roermond (Paesi Bassi)

Rinuncia del Vescovo di Bouar (Centrafica) e nomina del successore

Rinuncia del Vescovo di Roermond (Paesi Bassi)

Il Santo Padre Francesco ha accettato la rinuncia di S.E. Mons. Franciscus Jozef Maria Wiertz all'ufficio di Vescovo di Roermond, nei Paesi Bassi.

[01841-IT.01]

Rinuncia del Vescovo di Bouar (Centrafrica) e nomina del successore

Il Santo Padre Francesco ha accettato la rinuncia al governo pastorale della Diocesi di Bouar (Centrafrica) presentata da S.E. Mons. Armando Umberto Gianni, O.F.M. Cap.

Il Papa ha nominato Vescovo della stessa Diocesi il Rev. Mirosław Gucwa, del clero della Diocesi di Tarnów, Polonia, finora Vicario Generale della Diocesi di Bouar.

Rev.do Mirosław Gucwa

Il Rev.do Mirosław Gucwa è nato il nato il 21 novembre 1963 a Pisarzowa, Diocesi di Tarnów, Polonia. Ha completato le scuole secondarie a Tarnów, entrando, poi, nel Seminario diocesano. Ha studiato Filosofia e Teologia nel Seminario Maggiore di Tarnów, conseguendo la Licenza in Teologia.

È stato ordinato sacerdote il 12 giugno 1988.

Dopo l'ordinazione sacerdotale ha ricoperto i seguenti incarichi: 1988-1992: Vicario parrocchiale a Grybów/Tarnów, Polonia; 1992-1996: Parroco di Sainte Jeanne Antide a Bohong/Bouar, Centrafrica; 1996-2005: Rettore del Seminario minore di Bouar; 2003-2006: Cancelliere della Curia diocesana di Bouar; 2011-2014: Parroco della Cattedrale di Bouar, Cappellano presso il Carcere e l'Ospedale di Bouar, Presidente della Commissione *Justice et Paix*;

dal 2006: Vicario Generale.

[01840-IT.01]

[B0858-XX.01]
